



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlm XXVI. Si electio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

ideoque ex utraque se defendere possit, vel
ita, vt si in prima defensione succumbat, ex
altera se defendat.

Breuiiter dici potest, discrimen hoc esse:
Cum electus sit petitor confirmationis, ideo
determinare debet, quid petat, seu quam elec-
tionem confirmare velit: At vero prouisus
non est petitor, sed defensor iuris sui: ad
quod faciendum omnes ipsi modi permittun-
tur; dummodo non sint contrarij, ne de men-
dacio arguatur, vñ Dynus notat in cit. reg.
20.n.5.

CAPITVLVM XXVI.

Sielectio.

SUMMARIUM.

*Si electus non consensit, vel post datum con-
sensum renuntiavit, aut mortuus est, vel
occultus defectus electionem vitians se
prodidit; eligentes integrum tunc tem-
pus habebunt ad nouam electionem per-
agendam, nisi fraus intercesserit.*

Electio de Titio facta effectum consecuta
non est, quia noluit consentire, vel post
præbitum consensum, ante impetratam con-
firmationem, renuntiavit, aut mortuus est; aut
fortè defectus, qui ante latebat, in electo se
prodidit, v.g. quod sit illegitimus his casibus
integrum eis tempus relinquitur ad nouam
electionem peragendam, videlicet. trium men-
sium spatium in ecclesiis Cathedralibus &
regularibus, c. ne pro defectu, 41. extra, hoc
tit. Sex mensium vero in alijs ecclesiis Colle-
giatis, c. 2. de concess. præbendar: dummodo
nihil in fraudem factum sit à Capitularibus.

Exemplum huius fraudis assert Gl. hic ver.
fraudulenter: Si Capitulares de industria ali-
quem, quem sciunt acceptaturum non esse, eli-
gant eo fine, vt ecclesiæ vacatio diutius pro-
rogetur: Hoc casu post lapsum temporis le-
gitimi à die primæ vacationis priuationem
incurrit, & potestas eligendi ad Superio-
rem douluetur: cum æquum non sit,
vt propria ipsi fraus patro-
cinetur.

CAPITVLUM XXVII.
Si Religiosus.

SUMMARIUM.

1. *Si Religiosus non obtentia licentia con-
sentiat electioni, donec facta extra Mo-
nasterium, electio irrita est.*
2. *Non requiritur tamen licentia Comuni-
tatis, sed sufficit solius Pratali, non tamen
generalis tantum, sed particularis, &
qua electionem factam subsequatur.*
3. *Ad quas ecclesias extra Monasterium
suum Religiosus elegi possit.*
4. *Quis Pratalus Religioso licentiam datur
debeat electioni extra monasterium da-
re facta in casibus concessis consentien-
di, ac transiendi.*
5. *Pratalus ad dandam licentiam ordinari-
e cogi non potest; potest tamen cogi à
suo proximo Supero: si hic ob causam
necessitatis, aut magna visitati ex
lege charitatis ad eam dandam obliga-
tus esse videatur.*
6. *Religiosus Pratalura, quam legitime
acceptauit, renunciare potest ab ipso
Pratali Ordinis consensu.*

Religiosus, cum ex alieno Pratali suar-
ibrio dependeat, electioni de se facta
extra Monasterium suum, consentire no-
potest, ante petitam, & impetratam licen-
tiā à Superiori suo. alioquin consensus
non valet, & electio eo ipso irrita pronun-
ciatur.

S. Quia vero.

A Multis disputatum fuit, vtrum Super-
ior Ordinis Religioso suo licentiam
consentiendi, & transiendi ad Pratala-
ram, ad quam electus est, dare possit ab
que consilio Fratrum, seu Conuentus sui.
Ad hoc Bonifacius VIII. respondet, posse
id facere Pratalum, Capitulo non requi-
to, vt eò clericus, ac facultas ordinationes
Ecclesiistarum, vel Monasteriorum, ad quas
Religiosi electi fuerint, expediri queant.

His porro addenda est Clement. vlt. de
lect. vbi decernitur, non sufficere Pratali
licen-